

Horatij Satyra prima  
[Quinti Horatij Flacci Sermonum Liber primus.]

[Satyra prima

Ut sit mecoenas. ut nemo quam sibi sortem  
Seu ratio dederit: seu fors obiecerit. illa  
Contentus uiuat: laudet diuersa sequentes.  
O fortunati mercatores grauis annis

Miles ait multo iam fractus membra labore.  
Contra mercator nauem iactantibus austris  
Militia est potior. quid enim: concurritur horum  
Memento: cita mors venit. aut victoria leta.  
Agricolam laudat iuris legumque peritus.  
Sub galli cantum consultor ubi hostia pulsat:  
Ille datis vadibus qui rure extractus in urbem est.  
Solos felices uiuentes clamat in urbe.  
Cetera de genere hoc adeo sunt multa loquacem  
Delassare valent fabium. te ne morer audi  
Quo rem deducam: si quis deus en ego dicat  
Iam faciam quod uultis. eris tu qui modo miles  
Mercator. tu consultus modo rusticus. hinc vos  
Uos hinc mutatis discedite partibus eia.  
Quid statis nolint. atqui licet esse beatis  
Quid cause est. merito quin illis iuppiter ambas  
Iratas buccas inflat. neque se forte posthac  
Tam facilem dicat: uotis ut prebeat aurem.  
Preterea ne sic. ut qui iocularia ridens  
Percurram. quamque ridentem dicere verum  
Quid vetat: ut pueris olim dant crustula blandi  
Doctores elementa velint ut discere prima.  
Sed tamen amoto queramus seria ludo.  
Ille grauem duro terram qui vertit aratro.




**Horatij Satyra prima**

Perfidus hinc caupo. miles. nautęq; per omnes  
Audaces mare qui currunt. hac mente laborem  
Sese ferre senes: vt in ocia tuta recedant  
Aunt: cum sibi sint congesta cibaria: sicut  
Paruula: nam exemplo est magni formica laboris:  
Dre trahit quodcūq; potest: atq; addit aceruo  
Quem struit haud ignara ac non incauta futuri.  
Que simul inuersum contristat aęuarius annum:  
Non vsquam prorexit. 7 illis vititur ante  
Quę sitis patiens. cum te neq; seruidus estus  
Dimoueat lucro: neq; hyems. ignis. mare ferrum  
Nil obstat tibi. dum ne sit te ditior alter.  
Quid iuuat immensum te argenti pondus 7 auri  
furtim defossa timidum deponere terra:  
Quod si cōtinuas vilem redigatur ad assem  
At ni id sit. quid habet pulchri constructus aceruus?  
Milia frumenti tua triuerit area centum  
Non tuus hoc capiet venter plusquā meus. vt si  
Reticulum panis venales inter honusto  
forte vehas humero. nihilo plus accipias q̄  
Qui nil portarit. vel dic quid referat intra  
Nature fines viuenti iugera centum: an  
Mille arct: at suaue est ex magno tollere aceruo:  
Dum ex paruo nobis tantundem haurire relinquo  
Cur tua plus laudes cumeris granaria nostris:  
Ut tibi si sit opus liquidi non amplius vna  
Uel cyatho. 7 dicas magno de flumine mallem.  
Quam ex hoc fonticulo tantundem sumere. eo fit  
Plenior vt si quos delectet copia iusto.  
Cum ripa simul auulsos ferat aufidus acer.  
Atqui tantuli eget quanto est opus. is neq; lima



Horatij Satyra prima

Turbatam hauritaquam. neq; vitam amittit in vndis  
 At bona pars hoim decepta cupidine falso  
 Nil satis est: inquit quia tanti. quantum habeas sis  
 Quid facias illi. iubeas miserum esse libenter:  
 Quatinus id facit. vt quidam memoratur athenis  
 Sordibus ac diues populi contemnere voces  
 Sic solitus. populus me sibilat. at mihi plaudo  
 Ipse domi: simul ac nimos contemtor in arca.  
 Tantalus a labris sitiens fugientia captat  
 flumina. quid ridens. mutato nomine de te  
 fabula narratur. congestis vndiq; saccis  
 Indormis inhians. 7 tanq; parcere sacris  
 Cogaris. aut pictis tanq; gaudere tabellis  
 Nescis quo valeat numis. quem prebeat vsu  
 Panis ematur. holus. vini sextarius. adde  
 Quis humana sibi doleat natura negaris  
 An vigilare metu examinem noctesq; diesq;  
 Formidare malos fures. incendia. seruos.  
 Ne te compilent fugientes hoc iuuat: horum  
 Semper ego optarem pauperrimus esse bonorum.  
 At si condoluit tentatum frigore corpus.  
 Aut alius casus lecto te afflixit. habes qui  
 Assideat. fomenta parer: medicum roget. vt te  
 Suscitet. ac reddat natis charisq; propinquis.  
 Non vxor saluu te vult. non filius. omnes  
 Vicini oderunt. noti. pueri atq; puelle.  
 Miraris: cum tu argento post omnia ponas:  
 Si nemo prester: quem no merearis amorem:  
 At si cognatos nullo natura labore:  
 Quos tibi dat retinere velis. seruareq; amicos:  
 Infelix operam perdas: vt si quis asellum





Horatij Satyra prima

In campum doceat parentem currere frenis.  
Deniqz sit finis querendi: atqz habeas plus:  
Pauperiem metuas minus. 7 finire laborem  
Incipias: parto quod auebas: nec facias quod  
Unidius quidam. non longa est fabula. diues  
Ut metiretur nummos: ita sordidus vt se  
Non vnqz melius seruo vestiret: adusqz  
Supremum tempus: ne se penuria victus  
Opprimeret: metuebat: at hunc liberta securi  
Diuisit medium fortissima tindaridarum.  
Quid igitur suades vt viuam meuius: aut sic  
Ut nomentanus: pergis pugnancia secum  
Frontibus aduersis componere. non ego auarum  
Cum vero te fieri vappam iubeo ac nebulonem:  
Est inter tanaim quiddam: socerumqz viselli.  
Est modus in rebus: sunt certi deniqz fines:  
Quos vltra citraqz nequit consistere rectum.  
Illuc vnde abij recedo. nemo vt auarus  
Se probet. ac potius laudet diuersa sequentes:  
Quodqz aliena capella gerat dissentius vber  
Labeat: neqz se maiori pauperiorum  
Turbe comparet: hunc atqz hunc superare laboret.  
Sic festinanti semper locupletior obstat.  
Ut cum carceribus missos rapit vngula currus  
Instat equis auriga suis vincentibus: illum  
Preteritum temnens extremos inter euntem.  
Inte fit vt raro quis se vixisse beatum  
Dicat 7 exacto contentus tempore vite  
Ledat. vti couina satur: reperire queamus.  
Jam satis est. ne me crispini scrinia lipi  
Compilasse putes: verbum non amplius addam:

¶ Finis









